



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

VI. De Eucharistia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Depositi ultimo supplicio sacramentum penitentia & Eucharistia non negatur. h. d.

**N**ec inermis solum, sed etiam ultore gladio motu- tis in hac parte jura subveniunt, cum ultimo dam- natis supplicio & penitentia sacramentum, si petant, non solum negari non debeat, verum etiam sint censura Ecclesiastica ab ordinariis locorum coercendi, quicun- que adferantur, quo minus id consequantur. Quod ipsum & de Eucharistia quoque intelligendum erit, cum quibuscunque penitentia non negetur, viaticum quo- que, quod vere penitentibus exhibetur, intelligatur esse concessum.

DE EUCHARISTIA. TITVLVS VI.

Maximum est Eucharistia sacramentum, & saltem semel in anno debet assumi. h. d.

**E**t autem inter cetera, Eucharistia sacramentum maximum est, oblationes omnes longe antecellit. Unde sicut prestantius est ceteris, ita etiam diligen- tius excoli debet. Et quidem circa prima fidei cunabula frequentissima erat apud fideles sanctissimi viatici sus- ceptio; sed cum postea paulatim tepescente charitate ra- rius homines communicarent, constitutum fuit, ut nisi quis majoribus fortasse criminibus impediretur, tri- bus saltem vicibus in anno communicare deberet: do- nec refrigerante penitus religionis ardore, eodem tandem ventum est, ut semel saltem singulis annis, unusquis- que celestis mensae debeatur esse particeps.

Quotidie sacerdotes hodie pro populo sacrificare debent, sed semel tantum, non plures, nisi ex magna causa, vel in nativitate Domini. hoc dicit.

**I**nvaluit tamen, ut Deo quotidie sacerdotes pro po- pulo hanc oblationem facerent. Quoniam enim quo- tidie labimur, ideo etiam Christus quotidie mystice pro nobis immolatur: in quo tamen illud cavendum est, ne sacerdos, quacunq; praevalgat dignitate, amplius quam semel in die celebret: nisi aut aliter faciendum Domini nativitas fuerit, aut urgens cogat necessitas. Satis enim foelix est, qui semel digne celebrat.

Presbyter tantum debet exhibere Eucharistiam, non inferior: nisi subsit necessitas. h. d.

**S**ed nec ab omnibus, nec passim omnibus tantum sacra- mentum exhiberi debet: nam veluti solus sacerdos illud conficit, ita etiam nemo praeter eum exhibere po- terit. Quod si presbyter aliter quam per semetipsum in summum, vel alium communicet, ex Rhenensis & concilii dispositione, sui gradus periculo subjacebit. Per- misit tamen Laodiceense concilium, si necessitas urge- ret, ut diaconus praesente presbytero Eucharistiam iustus erogare possit.

Sacerdos constituitur in peccato mortali, quoad se ipsum, est su- spensus non quoad alios. h. d.

**M**o & sacerdotes, si qua criminali & macula sese infe- ctos esse sentiant, ab hujusmodi exhibitione abstinere debent. Quamquam si peccato mortali, h. vel minori ex- communicatione obligatus celebret, & sacramenta con- ferat, licet graviter peccet, nullam tamen irregularitatis notam incurrit, & sacramenta ab eo collata, virtutis ef- fectum non careant: cum non a collatione, sed a partici- patione, quae in sola perceptione consistit, videatur esse interceptus.

a. Can. de penitent. b. Can. nihil in sacrificio de consecrat. dist. 2. c. Can. est non de consecrat. distinction. 2. d. Can. om- nium de pan. e. C. te referente. extra. de celeb. miss. f. C. con- sultus, extra. de celeb. missar. g. Can. perveni. de consec. dist. 2. h. Can. praesente. distinct. 33. i. Can. sacerdos: qu. 1. q. 1. in fin. k. Can. si extra. de cler. excom.

Siemens & histrionibus non est danda Eucharistia: praeter- autem maxime infirmis, semper debet esse parata. h. d.

**I**tem quamvis regulariter nullus, etiam si quon- dam peccatorem & impenitentem esse loquatur, ab altari sit arcendus: Scenicis & tamen, atque histrionibus, ceterisque personis hujusmodi, quando tam de- standas artes exercuerint, sacra communio denegata erit. Nec enim Evangelicæ disciplinae congruit, ut po- dor & honor Ecclesiae tam turpi & infami contigant foederi. In ceteris prospiciet presbyter, ut si quoniam- matus fuerit, ita Eucharistiam paratam habeat, ut nemo sine communione moriatur.

Sacramentum Eucharistia consistat visibili forma, & virtute cor- poris, & spirituali virtute. Et in calice panis debet vinum aqua mixtum. h. d.

**C**onsistat autem Eucharistia sacramentum visibili forma, veritate corporis, & virtute spirituali. For- ma visibilis est panis, & vini: d. vinum vero hoc loco intelligitur aqua permixtum: nec enim in calice Do- mini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri debet, cum utrumque ex latere illius profuisse legatur. Illud etiam rationabilis consuetudo generalis habet Ecclesiam plus in eo vini, quam aqua sit ponendum.

In sacramento altaris & panis & vinum sunt vera carnis & sanguinis Domini. h. d.

**V**eritas f. est carnis & sanguinis: sicut enim ante con- secrationem panis est & vinum, quod natura fit: sic post consecrationem vera Christi caro & sanguis, quem benedictio consecravit.

**V**irtus sacramenti est charitas & unitas. h. d. Virtus est charitatis & unitatis: nam veluti ex multo- tis granis unus fit panis, & multis racematum vinum, ita & nos per hoc charitatis sacramentum Christo incorporati, unum evadimus.

Panis, quomodo & quando trita, qui visus conficit sacramentum altaris. sunt sacramenta. h. d.

**H**is igitur repetitis apparet, primum quidem sacra- mentum esse non rem, secundum & rem esse simul & sacramentum, tertium vero rem esse, sed non sacra- mentum. Sed primum quidem sacramentum est signu- m rei, secundum est sacramentum unius & alterius rei, tertium vero res est gemini sacramenti.

DE EXTREMA UNCTIONE TITVLVS VII.

Extrema unctio solet exhiberi in de quorundam morbo delictis: & duplex unctio, exterior & interior: & maxime exterior dis- tinguit. h. d.

**H**asten us loquuti fuimus de his sacramentis, quae ad ingressum, & ad progressum in Ecclesia com- parata sunt: consequens autem est, ut de his vide- amus, quae propter egressum ab Ecclesia sunt constituta. Sciendum est igitur, graviter aegrotantibus, & de quo- rum morte probabiliter timeri potest, certas corporis partes sanctificato oleo a presbyteris ex infusione di- vina ungi debere: quae quidem in unctio, non minus interius animae, quam exterius corporis sanitatem ope- ratur. Sunt h. enim unctiois duae species: Exterior, quae materialis & visibilis, & interior, quae spiritualis est & invisibilis. Exterior visibiliter inungitur corpori: Interior invisibiliter cor inungitur. Haec, quod in ex- tremate vitae constitutus exhiberi consuevit, maxime ex- tremae unctiois nomen est sortita.

a. Can. pen. de consec. dist. 2. b. Can. presbyter Eucharistiam de consec. dist. 2. c. Gl. in sum de consec. d. 2. d. sum. d. dist. 2. e. C. perniciosus, extra. de celeb. missar. f. C. cum altaris, distinguendum, extra. de celeb. miss. ext. d. gl. g. Can. non aegrotans, de consecrat. dist. 2. h. Vide in praed. b. i. C. non altaris, distinguendum, extra. de celeb. miss. f. C. si sita, extra. de sacra- mentone.

